✝

Domine labia mea aperies: Deus in adiutor:
Ave Maria gratia plena Dominus tecum.

Venite exultemus Dño iubilemus Deo salutari nro,
praeoccupemus faciem eius in confeßione, et in psal-
mis iubilemus ei. Ave Maria &c:

Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus su-
per omnes Deos, quoniam non repellet Dnus plebem
suam, quia in manu eius sunt oes fines terrae, & al-
titudines montium ipse conspicit. Dnus tecum.

Quoniam ipsius est mare et ipse fundavit illud, et
aridam fundaverunt manus eius, venite adoremus
et procidamus ante Deum ploremus coram Dño, qui fe-
cit nos: quia ipse est Dnus Deus nr, nos autem populus
eius & oves pascuae eius. Ave Maria &c:

Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare
corda vestra, sicut in exacerbatione secundum
diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me
patres vestri, probaverunt & viderunt opera mea.
Dominus tecum

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et
dixi semper hi errant corde, ipsi vero non cog-
noverunt vias meas: quibus iuravi in ira mea, si in-
troibunt in requiem meam. Ave Maria

Gloria patri & Filio et spui sancto: Sicut erat
in principio & nunc et semper, & in secula se-
culorum Amen. Dnus Tecum. Ave Maria &c: